HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 95v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

euerit · & iniquitates auaricia habuerit · nec una fuit iniquitate contentus · sed semper addiderit peccata peccatis.
Et percussi inquit eum ad breue ut sanarem · et abscondi sub auctu faciem meam ut magis desideraret me · et dixit.
Ostende faciem tuam & saluuerimur · indignatusque sum. Qd ille sentiens · tristis incessit dicens · Tota die tristis ingrediebar · Et ambulauit merens · siue conuersus in uia cordis sui · ut non ad faciem hominum sed in corde ageret penitentiam. Preterea uidens uias conuersionis eius · sanauit uulnera · quibus eum ante percusserat · reduxit eum ad me quem prius eieceram · & reddidit ei consolationem uera · Multe enim false consolationes sunt · quibus genus decepit humanum · Siue consolatur sui lugentes eos dicens in euangelio · Beati lugientes quoniam ipsi consolabuntur · Qdque sequitur · ceteum fructum labiorum hec habet sensum · Impleui qd pollicitus eram dicens · uuuo ego die domini · malo penitentiam peccatoris quam mortem · siue omnia tribui que antea promisera · Que est autem domini pollicitatio · Pacem meam do uobis · ~~pacem meam do uobis~~ pacem meam relinquo uobis.
Et hoc est qd nec aut · pacem sup pacem non uni tm gentis · sed omni mundo his uidet qui erant longe · et qui prope · primum gentibus · et postea his qui existi credere uoluerunt · de quibus dicit et apls · Vobis quidem oportebat primum dici uerbum dei · sed quia indignos uos iudicastis salute · ecce conuertimur ad gentes. Qui scribens ad ephesios · de populo eucumenisionis atque gentibus plenissime disputans inquit · Vos autem in xpo ihu uos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine xpi · Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum · et medium parietem macheriae soluens inimicitias in carne sua & reliqua · Et tm · Et ueniens annuntiauit pacem uobis qui longe · et pacem his qui prope erant · quoniam per ipsum habemus accessum · utrique in uno spiritu ad patrem · Dans autem pacem his qui fuerant longe · & qui prope · et qui non habuerant legem · et prophetas · et qui non susceperant · susceptit eos atque sanauit.
Impii autem siue iniqui fluctuabant quasi mare ferueus · et quiescere non quam potuerit. Qd licet de omni impio possit intelligi · tm proprie refertur ad populum iudeorum · qui consona uoce clamauit · & perseuerauit in impietate sua dicens · Crucifige crucifige talem · non habemus regem nisi cesarem · Sicut mare ferueus quiescere non potest · et redundant fluctus eius · et reuoluuntur ad littora · atque tm resorbentur · et in se fractu liquidum efficiunt · qd pedibus eorum culcatur · sic impii eterne conculcationi subiacebunt · quorum nullum est gaudium · et qui nulla pace requiescunt · ueo qd impii perseuerant · qd hec locum specialiter sup saluatore intelliguntur · qd propter peccata mundi admodum contristatus sit dicens · Tristis est anima mea usque ad mortem · et percusserit eum pater · qui loquitur per zacharia · percutiam pastorem